



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum peccatum possit corrumpere totum bonum naturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

quod iustitia naturalis: sed est ordo boni naturalis a gratiam: nec tamen hoc est verum quod iustitia naturalis diminui non possit. Rectitudo enim secundum hoc diminui potest, quod id quod erat rectum secundum totum, in aliqua parte curuetur. & hoc modo iustitia naturalis diminuitur secundum quod in aliquo obliquatur, puta, in eo qui fornicatur, obliquatur naturalis iustitia quantum ad directionem concupiscentiarum, & sic de alijs: in nullo tamen iustitia naturalis totaliter corrumpitur.

Ad xv. dicendum, quod id quod est in aliquo, mouetur ad motum eius in quo est, quantum ad id in quo ab eo dependet, non quantum ad aliud. Ani- ma enim in corpore existens dependet a corpore quantum ad locum, non autem quantum ad esse, nec quantum ad quantitatem. & ideo per accidens mouetur localiter motu corpore: non tamen dimi- nuitur aia diminuto corpore, nec corrumpitur corru- pro corpore. malum autem culpae non habet quanti- tatem ex bono natura, sed magis p recessum a bono natura, sicut agritudo habet quantitatem p recessum a naturali dispositione corporis. Vn malum culpae no- diminuitur diminuto bono natura, sicut neq; mor- bus diminuit debilitata natura: sed magis augetur.

Ad xvi. dicendum, quod in potentia includitur etiam habitus siue aptitudo ad bonum gratiae, que quidem habitus diminuitur, vt dictum est, licet ip- sa potentia non minuat.

ARTICVLVS XII.

Verum peccatum possit corrumpere totum bonum natura.

DE DECIMO queritur, vtum peccati pos- sit corrumpere totum bonum natura. & vi- detur quod sic. Omne enim finitum per cotinuam diminutionem potest totaliter auferri: sed bonum natura quod est habitus, est quoddam finitum, cum sit creatum, ergo si diminuitur per peccatum, vt dictum est, totaliter potest auferri.

¶ 2 Præ. Bonum natura quod est habitus ad gra- tiam, videtur diminui vel tolli per auersionem a gra- tia: auersio autem habet statum, & non procedit in infinitum, quia cotuersio quae ei opponitur statum habet. Non enim est in homine charitas infinita, er- go diminutio boni naturalis statum habet, quod non esset si semper aliquid de bono natura rema- neret: quia bonum natura semper natum est dimi- nui per peccatum, ergo videtur quod bonum natu- ra totaliter per peccatum tolli possit.

¶ 3 Præ. Priuatio totaliter tollit habitatem, cecus enim nullo modo est habitus ad videndum, sed cul- pa est quedam priuatio, ergo videtur quod totali- ter tollat bonum natura quod est habitus.

¶ 4 Præ. Peccatum est tenebra spiritalis, vt Dam- ascus dicit: sed tenebra totaliter potest excludere lucem, ergo totaliter potest culpa excludere bonum.

¶ 5 Præ. Sicut se habet bonum gratiae ad malum natu- ra, ita se habet malum culpae ad bonum natura: sed per gratiam excludi potest totum malum natu- ra, ideo, si sones qui est inclinatio ad culpam, vt pa- ter in beatis, ergo per malum culpae potest tolli to- tum bonum natura, quod est habitus ad gratiam.

¶ 6 Præ. Ibi habitus ad gratiam remanere non po- test, vbi est impossibilitas gratiam cotsequendi: sed status damnationis ad quem peruenitur per culpa, inducit impossibilitatem cotsequendi gratiam, er- go per culpam potest tolli totum bonum natura, quod est habitus ad gratiam.

¶ 7 Præ. Dion. 4. c. de di. nom. dicit quod malum est

A defectus naturalis habitudinis, quod maxime vt co- petere malo culpae: ergo vt q totaliter bonum natu- ra quod est habitus, per peccatum deficiat.

¶ 8 Præ. Quicquid ponit aliquid extra statum natu- ra, vt tollere bonum natura: sed peccatum ponit peccantem extra statum nature, dicit. n. Damal. q angelus peccans cecidit ab eo, quod est secundum naturam in id, quod est prater naturam: ergo pec- catum tollit bonum natura.

¶ 9 Præ. Priuatio non priuat, nisi quod est: sed gra- tia non fuit in angelis ante peccatum, ergo peccati angeli no- priuauit gratiae bonum, relinquunt ergo quod priuauerit bonum natura.

¶ 10 Præ. Diminutio est quidam motus: idem est autem motus totius & partis, vt gleba vnus & to- tius terra, ut dicitur in 4. Physic. Si ergo aliquid de bono nature diminuitur per peccatum, totum bo- num natura per peccatum tolli potest.

SED CONTRA, quandiu manet voluntas, reman- et habitus ad bonum: sed peccatum non tollit voluntatem, quinimo in voluntate consistit, ergo videtur quod peccatum non possit tollere totum bonum natura, quod est habitus.

RESPON. Dicendum, q impossibile est quod per peccatum tollatur totaliter bonum natura, qd est aptitudo vel habitus ad gratiam: sed ex hoc vt dif- ficultas insurgere, quia cum illa habitus sit finita, vt quod per cotinuam diminutionem totaliter de- ficere possit. Quam quidem difficultatem aliqui vi- tare voluerunt, accipientes similitudinem ex conti- nuo finito, qd in infinitum diuiditur, si fiat diuisio fm eandem proportionem, puta, si a linea finita sub- trahatur tertia pars eius, & iterum tertia pars residui, & sic inde, nuquam stabit diuisio: sed poterit in infi- nitum procedere. Hoc autem in proposito locum non habet, quia cum procedat diuisio lineae fm ead- dem proportionem, semper pars secundo subtra- cta est minor q pars quae primo subtrahit: sicut ma- ius est tertium totius, quam tertium duarum partiu residuarum, & sic de alijs. Non autem potest dici q per secundum peccatum minus diminuat de ha- bilitate praedicta, q per primum: immo forte aqua- liter, vel etiam plus si peccati fuerit grauius, & ideo aliter dicendum est, q habitus d. minui pot dupli- citer, vno modo per subtractionem: alio modo per contrarij appositionem. Per subtractionem quide, sicut aliquid corpus est habile ad calefaciendum per calorem quem het: vnde diminuto calore diminuitur habitus calefaciendi. Per appositionem autem trij, si- cut aqua calefacta het naturalem aptitudinem vel ha- bilitatem ad infrigidationem: sed quanto plus fuerit appositum de calore, tato minuitur habitus ad fri- gus, hic. n. modus diminutionis q est per appositio- nem trij, magis het locum in potentis passius & re- ceptius: primus autem modus in potentis actius, q. uis uterq; modus in utrisq; potentis aliquid in- ueniri possit. Qu ergo est diminutio habitatis per sub- tractionem, tunc totaliter habitus pot auferri ablato eo, qd habitatem causabat: qd vero habili- tas diminuitur p appositionem contrarij, tunc con- siderandū est vtū appositio contrarij exercēs pos- sit corrumpere subiectū, aut non: si. n. pot corrumpere subiectū, pot totaliter habitus tolli, sicut tm pot augeri calor in aqua, q corrumpit aqua: & sic totaliter tollit habitus q speciem aquae consue- batur. Si aut p appositionem contrarij quantum- cūq; multiplicet, non possit subiectū corrumpi, sem-

per quidē minuetur habitas contrario appoſito  
creſcente; nunquam tamen totaliter tolletur pp  
permanentiā ſubiecti, in quo radicatur talis habilitas  
ſicut quantumcumq; calidam creſceret nō tol  
leret aptitudinem materiæ primæ; q̄ eſt incorruptibilis  
ad formam aquæ. Maniſteſtum eſt autē; q̄ habilitas  
naturæ rationalis ad grāiā eſt ſicut potētiæ ſuſ  
ſeptiuæ; & q̄ talis habitas naturam rationalem  
conſequitur in quātum huiusmodi. Dicitur eſt autē  
ſupra; q̄ diminutio huius habitas eſt per appoſi  
tionem ꝑriꝑi, dum ſ. creatura rationalis auertitur a  
Deo per conuerſionem ad cōtrarium. Vnde, cum  
natura rationalis ſit incorruptibilis, & non deſinat  
eſſe quantumcumq; peccatum multiplicetur, conſe  
quens eſt q̄ habitas ad bonum gratiæ, ſemper di  
minuatur per appoſitionem peccati: ita tñ q̄ num  
quam totaliter tollatur. & ſic in propoſito dimi  
nutione procedit in infinitum per oppoſitum ad oppo  
ſitionem: ſicut in continuis eaduerſo appoſitio ſit  
in infinitum per oppoſitum ad diuiſionem, dum q̄  
vni lineæ ſubtrahitur, alteri apponitur.

Ar. preced.

In corp. art.

D. 107.

Ar. preced.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ratio illa proce  
deret, ſi bonū naturæ diminueretur per ſubtractio  
nem, ſicut iam dictum eſt.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ conuerſio & auerſio  
hnt ſtatum quōd proueniunt in actu, quia nō eſt cō  
uerſio vel auerſio actu infinita: non tñ hnt ſtatum  
quantum ad id quod eſt in potētia, quia tam merita  
q̄ demerita poſſunt in infinitum multiplicari.

AD TERTIVM dicendū, q̄ priuatio q̄ tollit potē  
tiā, tollit totaliter habitatem, ſicut cecitas, q̄ tollit  
potentiam viſiuam, niſi forte ſm q̄ remanent habi  
litas vel aptitudo in radice potentia. i. in eſſentia ani  
mæ: priuatio autem, quæ tollit actum non auert habi  
litate. & talis priuatio eſt priuatio gratiæ, ſicut  
& tenebra, quæ eſt priuatio lucis ab aere, peccatum  
autem non eſt ipſa priuatio gratiæ: ſed obſta culum  
quoddam, quo gratia priuatur, ut ſupra dictum eſt.

AD QVARTVM dicendum, q̄ ſicut tenebra exclu  
dit lucem ſibi oppoſitam, non autem aptitudinem  
ad lucem, quæ eſt in aere: ſimiliter per peccatū ex  
cluditur gratia, non autem aptitudo ad gratiam.

AD QVINTVM dicendum, q̄ pronitas ad malum  
q̄ dñ fomes, non conſequitur naturā, ſicut habitas  
ad bonum, ſed conſequitur corruptionem naturæ, q̄  
eſt ex culpa. & ideo fomes totaliter per gratiā tolli  
potēſt: non autem bonum naturæ per culpam.

AD SEXTVM dicendum, q̄ impoſſibilitas ad gra  
tiam q̄ eſt in dānatis, non eſt ex totali ſubtractione  
habitatis naturalis ad bonum: ſed ex obſtinatione  
voluntatis in malo, & ex immobilitate diuinæ ſen  
tentiæ, ne eis in perpetuum gratia apponatur.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ defectus naturalis  
aptitudinis non ſic intelligi q̄ tota naturalis aptitu  
do deſiciat, ſed quia deſicit a ſua p̄fectione. & ſimili  
ter dicendū ad octauum q̄ peccatum non totaliter  
ponit extra ſtatum naturæ: ſed extra eiꝑ p̄fectionē.

AD NONVM dicendū, q̄ priuatio non ſolum pri  
uat quod eſt: ſed etiam id quod natum eſt eſſe. p̄t  
enim aliquis priuari aliquo quod nunquā habuit,  
dummodo natus fuiſſet habere. & tamen hoc non  
eſt verum, quōd angeli in principio ſuæ creatio  
nis gratiam nō habuerunt. Simul enim Deus in eis  
condidit naturam, & largitus eſt gratiam, ut Aug.  
dicit 12. de ciuit. Dei.

Lib. 12. c. 9. a  
medio. to. 5.

AD X. dicendum, q̄ ratio illa procederet, ſi dimi  
nutione illa fieret per ſubtractionem partis.

F. **QVAESTIO III. DE CAUSA PECCATI.**  
In quindecim articulos diuiſa.

¶ Primo. Ehim queritur, vtrum Deus ſit cauſa pec  
cati.

¶ Secundo. vtrum actio peccati ſit a Deo.

¶ Tertio. Vtrum diabolus ſit cauſa peccati.

¶ Quarto. Vtrum diabolus poſſit inducere homi  
nes ad peccandum interius perſuadendo.

¶ Quinto. Vtrum omne peccatum veniat ex ſugge  
ſtione diaboli.

¶ Sexto. Vtrū ignorantia poſſit eſſe cauſa peccati.

¶ Septimo. Vtrum ignorantia ſit peccatum.

¶ Octauo. Vtrum ignorantia excuſet, vel dimi  
nuet peccatum.

¶ Nono. Vtrum ſciens ex infirmitate peccet.

¶ Decimo. Vtrum peccatum ex infirmitate ſibi  
imputetur homini ad culpam mortalem.

¶ Vndecimo. Vtrum infirmitas alienet, vel aggre  
uet peccatum.

¶ Duodecimo. Vtrum aliquis poſſit ex malitia, vel  
certa ſcientia peccare.

¶ Tertiodecimo. Vtrum grauius peccet qui ex  
firmitate peccat quā qui ex malitia.

¶ Quartodecimo. Vtrum omne peccatum ex ne  
lita ſit peccatum in ſpiritu ſancto.

¶ Quintodecimo. Vtrum peccatum in ſpiritu ſan  
cto poſſit remitti.

ARTICVLVS PRIMVS.

**Q**VÆSTIO eſt de cauſa peccati. Ex primo  
queritur vtrum Deus ſit cauſa peccati  
videtur quōd ſic. Dicit. n. Apoſt. ad Rom.

1. Tradidit eos Deus in reprobiū ſententiā,  
vt faciant quæ non conueniunt, vbi dicit glo. Aug.

ſumpta ex lib. de Gratia, & lib. arb. Maniſteſtum eſt  
Deum operari in cordibus hominum, inclinatio  
voluntates eorum in quodcūque voluerit, ſive ad  
bonum, ſive ad malum: ſed inclinatio voluntatis ad  
malum eſt peccatum: ergo Deus eſt cauſa peccati.

Sed diceretur quōd inclinatio voluntatis ad malū  
dicitur eſſe a Deo in quātum eſt poena. vnde dicitur  
de Dei iudicio loquitur.

¶ 2 Sed contra. Non poteſt eſſe idem ſecundum  
poena & culpa, vt ſupra dictum eſt, quia poena ſecun  
dum ſuam rationem repugnat voluntati, culpa autem  
ſecundum ſuam rationem eſt voluntaria. ſed  
inclinatio voluntatis pertinet ad rationem volun  
tarij. Si ergo Deus inclinatur voluntatem in malū  
videtur quōd & ipſe ſit cauſa culpa, in quantum eſt  
culpa.

¶ 3 Præ. Sicut culpa opponitur bono gratiæ: ita  
na opponitur bono naturæ: ſed nō impeditur quōd  
Deus ſit cauſa poenæ per hoc quōd eſt cauſa naturæ.  
ergo neque impeditur eſſe cauſa culpa: per hoc  
quōd eſt cauſa gratiæ.

¶ 4 Præ. Quicquid eſt cauſa cauſa eſt cauſa cauſe  
ſed liberum arbitriū eſt cauſa peccati, cuius cauſa  
eſt Deus. ergo Deus eſt cauſa peccati.

¶ 5 Præ. Illud ad quod inclinatur virtus data a Deo  
& virtus eſt cauſa virtutis: ſed virtutes quæ dātur a Deo  
inclinant ad peccatum, ſicut iracibilibus ad homici  
dium & concupiſcibilis ad adulterium. ergo Deus  
eſt cauſa peccati.

¶ 6 Præ. Quicquid inclinatur voluntatem ſuam vel  
rius, ad malū, eſt eā peccati, puta ſi homo faceret  
elemoſynam inclinatur voluntatem ſuam, vt inter  
inañem gloriam: ſed Deus inclinatur voluntatem  
ſuam